# OFFICIVM SANCTI RICHARDI

## PRIMI EPISCOPI ANDRIENSIS ET PATRONI.

Ad normam Breuiarij Romani reſtitutum.

*VNA CVM MISSA EIVSDEM SANCTI, & cum deſcriptione Reliquiarum quæ in Eccleſia Cathedrali eiuſdem ciuitatis aſſeruantur.*

SVPERIORVM PERMISSV.




ROMAE

*Apud Iacobum Ruffinellum MDLXXXVI.*

Lucas Ant.s Resta in Directorio Visitationis
p.te p.a cap: 16. loquitur de hoc Officio et Sac.
Reliquiis Ecclesiae Andrien = quarum omnium
a nobis index libellus est confectus, quo-
rum nomina prius notarat, et in Libro visitationis
descripsit, et in fine novi Officii et missae
S. Riccardi primi Ep.i Andrien. per nos com-
positi, et jussu Fel. mem. Sixti PP. V. Ro-
mae ad nostram impensam imprimi Al-
phabetico ordine curavimus, ad perpe-
tuam memoriam ut fieri convenit, ac reserva-
ri curandum est. =

# LVCAS ANTONIVS
## RESTA MESSAPIENSIS

EPISCOPVS ANDRIEN. CLERO, & populo Andrienſi ſuo dilectiſſimo ſalutem in Domino ſempiternam.

*CVM multis, & his quidem inſignibus Deus opt. Max. Andrienſem ciuitatem locupletauerit benefitijs, & illud tamen longè maius, ac illuſtrius ſemper eſſe iudicauimus; quòd vobis beatiſſimum fidei ſuæ confeſſorem, ac pręconem Richardum primum huius ciuitatis Epiſcopum, Cuius Nos (licet immeriti) locum ſuſtinemus, incredibilis ſuæ benignitatis diſpenſatione, Euangelij, morum, & vitæ parentem, Ducem, atq; doctorem dederit: qui vitæ ſanctitate, & magnorum, ac illuſtrium miraculorum copia vos Chriſto Domino genuit, aluit, ac in viros perfectos eduxit. Cum itaq; ante hæc tempora, proprium illi dicatum offitium Typis excuſſum, eiusq; diebus feſtis recitandum circunferretur; Nos, vt tali Patrono cultum, ac pietatem, quam poſſumus, exhiberemus, & noſtrum in vos ſtudium, voluntatem, & promptiſſimam animi beneuolentiam oſtenderemus; multis laboribus, vigilijs, ac diligentia noſtra, & non modicis etiam impenſis tùm noſtro, tùm communi Ciuium ære ſubminiſtratis, id ad Breuiarij noui formam reductum formauimus, ac proprijs ſacris exornatum, & gratijs, priuilegijsq; S.D.N. Sixti V. ſummi Pontificis benigniſſimi ditatum in lucem edi curauimus; eiq; ſanctarum reliquiarum, quibus noſtra hæc Cathedralis Eccleſia decorata eſt, notam adiungi fecimus: quò vos incredibile id Theſaurum ante oculos ſemper habendo, eorum, quorum ſunt, veſtigia imitari, atq; alacriter ſequi, & ad eos religioſiùs venerandos maiori in dies deuotione accendamini; noſtramq; in vos propenſiſſimam charitatem mutuis, atq; paribus officijs proſequamini: ita enim vberrimum ſalutis fructum à Domino reportabitis; à quo vobis omnem cæleſtis gratiæ cumulum perpetuò deprecamur, ac tandem id à vobis ſtudiosè contendimus, vt quando ſupplices ad Deum, & ſanctum Richardum noſtrum orationes habebitis noſtri memoriam retineatis; quòd cum feceritis vos nobis cumulatè ſatisfeciſſe, ac parem gratiam retuliſſe iudicabimus. Valete in Domino. Romæ xi. Kalen. Aprilis M. D. LXXXVI.*


+ VRBEM. QVAM. LÆVA. SVFFVLCIS. DEXTRA. SECVNDET.
S. ARDVS. Pˢ. EPVS. ANDRIEN
LVC. ANT. RESTA. EPVS ANDRIEN.
CIVITAS. ANDRIÆ.

# IN FESTO
# S. RICHARDI EPISCOPI
# ET CONFESSORIS

## Quod celebratur die ix. Iunij.

Ad veſperas. Aña. Almi confeſſoris. cum reliq. de laud. Pſalmus. **Dixit Dominus**..cũ reliq. de Dominica in fine pſalmus. Laudate dominum omnes gentes. Capitulum.

ECCE ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit templum, templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio, & excelſi parietes tẽpli. ℟. Deo gratias. Hymnus.

Richarde adeſto, & percipe
Voces precantum ſupplices
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum Dei.

Nobis opem tendas tuam
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec vllas imputet.

Si rite ſollemnem diem
Colimus ore, & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur.

Pauliſper huc tu illabere
Chriſti fauorem deferens,
Senſu grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.

Sit Chriſte Rex piiſſime
Tibi, patriq; gloria,
Cum ſpiritu paraclito,
& nũc, & in perpetuũ. Amẽ.

℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eũ. Ad Mag. Aña. Gaudet chorus confeſſorum pro aucto collegio, lætus occurrit ſanctorum cœtus, ſancti Richardi beatiſſimã animam angeli ſuſcipientes Regi domino offerunt cum gaudio, Alleluia. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui beatum Richardum põtificem tuũ ſanctorum confeſſorum collegio ſociaſti; concede nobis quæſumus

ſumus

ſumus famulis tuis; vt eius meritis, & precibus, miſericordiam conſequamur & pacem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Ad Matutinum Inuitatoriũ. Regem confeſſorum dominũ. Venite adoremus. pſal. Venite.

Hymnus.

O Ter, quaterq; & ſepties
Beatus Andriæ incola,
Qui te ac tuorũ Cominus
Sedem celebrat oſſium.

Quod quiſq; ſupplex poſtulat
Fert impetratũ proſperè,
Poſcunt, litantur, indicant
Et triſtis haud vllus redit.

Ceù preſto ſemper adſies
Tuosq; alumnos vrbicos
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.

Sit Chriſte Rex pijſſime
Tibi, patriq; gloria,
Cum ſpiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum.
Amẽ.

In primo noct. Aña. Generoſum trahens ortum Beatus Richardus de clara proſapia à teneris annis vitæ huius vanitatem ſpreuit. pſal. Beatus vir. Antiphona. Prçuentus a Domino apprehendit diſciplinam, & Chriſti iugum portauit ab adoleſcentia ſua. pſal. Quare fremuerunt gentes. Antiphona. Ad omnia pietatis opera erat propẽſus, ideo Dominus exaltauit caput eius. pſal. Domine quid multiplicati ſunt.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

MEmentote præpoſitorũ veſtrorũ, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe, & in ſçcula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, optimum enim eſt gratia ſtabilire cor non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificẽ, horum corpora cremãtur extra caſtra. Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. ℟. Iſte ſan

ctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium hodie tranſijt Angelorum. Quoniam in hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus cogitatione in illa æterna patria fixus erat. ℣. Vinculis carnis abſolutus talentum ſibi creditum Domino ſuo duplicatum reportauit. Quoniam in. Lectio ij.

EXeamus igitur ad eum extra caſtra improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus per ipſum ergo offeramus hoſtiã laudis ſemper Deo, ideſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autẽ, & cõmunionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim præuigilãt quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciatis, & nõ gementes: hoc enim nõ expedit vobis. ℟. Adoleſcens Chriſti famulus ab illis ſe vitijs abſtinuit, ad quæ illa ætas prona eſſe ſolet; liberalibus diſciplinis, & ſacris literis operam dabat. Vt in lege Domini meditaretur die ac nocte. ℣. Pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Vt in. Lect. iij.

ORate pro nobis, confidimus enim, quia bonam conſcientiam habemus in omnibus beneuolentes cõuerſari. Amplius autem deprecor vos hoc facere quo celerius reſtituar vobis? Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouiũ in ſanguine teſtamenti æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatẽ, faciens in vobis quod placet coram ſe per Ieſum Chriſtũ, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum Amen. Rogo autẽ vos fratres; vt ſufferatis verbũ ſolatij. Etenim perpaucis ſcripſi vobis. Cognoſcite fratrẽ noſtrum Timotheum dimiſſum, cũ quo (ſi celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes Prępoſitos veſtros, & omnes ſanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen. ℟. Vt ea, quæ docebat beatus Richardus opere compleret, Corpus ſuum in ſeruitutem ſpiritus redi-

redigebat. ℣. Orabat magna cum vbertate lachrymarum. Corpus ſuum. Gloria patri. Corpus ſuũ. In ij. noct. Aña. Andriam Richardus à beato Petro miſſus venit, & in porta plurimos languidos ſanauit. pſal. Cum inuocarem. Aña. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuũ, quoniã tu benedixiſti iuſto. pſal Verba mea. Aña. Gloria, & honore coronaſti ſanctum tuum Domine Richardum, innumeris eum decorans miraculis. pſal. Domine Doninus noſter. ℣. Elegit eum Dominus ſacerdotẽ ſibi. ℟. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis. Lectio quarta.

RICHARDVS in Anglia nobili genere natus, a teneris annis ſubditus parentibus pietatem, religionemq; coluit. Adoleſcens ab illis ſe vitijs abſtinens, ad quæ illa ætas prona eſſe ſolet, liberalibus diſciplinis & ſacris literis operam dedit. Clericus deinde, & gradatim presbyter factus, ac Theologus renuntiatus, ſacros libros interpretatus eſt. Vt verò ea quæ docebat opere perficeret, corpus ſuum in ſeruitutem ſpiritus ieiunijs, vigilijs, alijsque carnis afflictationibus redigere conabatur. In oratione aſſiduus erat, & quidem magna cum vbertate lachrymarum. Ad omnia pietatis, & miſericordiæ opera propenſus, omnium ſe neceſſitatibus adiutorem exhibebat, atque animarum zelo feruens, ob ſinceram in Deum, & proximum charitatem, omnibus monita ſalutis dabat; Cumq; Chriſtianã perfectionẽ iam adeptus eſſet, ne tale ſanctitatis lumen ſub modio poneretur, ſed ſuper candelabrum, vt in domo Dei luceret, diuinitus ad pontificalis honoris munus vocatus eſt. ℟. Iſte ſanctus ab adoleſcentia ſua meruit infirmos curare. Dedit illi Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, & dæmones effugare. ℣. Ecce homo ſine querela verus Dei cultor, abſtinẽs ſe ab omni opere malo & permanẽs in innocentia ſua. Dedit. Lec. v.

EA nanque tempeſtate, qua Italia ab Attila Hunnorum Rege vaſtabatur, & propterea Apuliæ populi varijs

rijs Gentilium erroribus inficiebantur, beatus Apoſtolus Petrus, qui primus Tarenti, & dehinc Andriæ, cum Romam veniret, fidei fundamēta iecerat, Sanctum Richardum in quiete monet, vt in Italiam ad Andriēſes populos, qui ab antiqua fide deſciuerant adiuuandos ſe conferret. At is Apoſtolico iuſſui obtemperans ad Vrbem, vt viſum Gelaſio ſummo Pontifici referret, profectus eſt, à quo benignè ſuſceptus Andriæ Epiſcopus ex diuina voluntate creatur, & ad prędicandum, quocunque pergeret, ſumma cum authoritate, mittitur. In Apuliam igitur per Illyricū nauigio vectus, ſignorū gratia ſtatim clarere cœpit, atque Andriæ in porta cœco lumen reſtituit, mulieri item paraliticę, & quāplurimis alijs infirmis valetudinem prębuit. Vrbem ingreſſus Eccleſiam Idolis pollutā mundauit, & baptiſmi fontē in ea erexit, in qua & plurimos Chriſto cōciliatos baptizauit. Clerum ordinauit, & diuinum cultum reſtituit. Plebem ſuam ſalubri doctrina, ac diuinis myſterijs frequēter imbuebat; ſe ipſum præbens exemplum bonorū operum in caſtitate, abſtinentia, patiētia, charitate, eleemoſynarum largitione, ac hoſpitalitate. Aſſiduus quoq; erat in ieiunijs, & orationibus; cum etiam humili ſupellectile, veſtitu, ac ſtrato vtererur, vt non ſolùm ſuæ, ſed & toti illuceſceret Eccleſiæ Dei. Quare multi exterarū ac finitimarum Ciuitatum populi illius ſanctitatis fama commoti ad eum oratores mittebāt, vt illos viſeret, ac eis chriſtiana pręcepta daret. ℟. Cū chriſtianam perfectionē beatus Richardus adeptus eſſet, ne tantum lumen ſub modio lateret, apparuit ei ſanctus Petrus Apoſtolus iubens vt Andriam in Italiam ſe cōferret. ℣. Diuina volūtate ex Apoſtoli iuſſu cognita ab Apoſtolica Sede Epiſcopus creatur. Vt Andriam. Lectio ſexta.

EO autem tempore, quo Sancti Michaelis archangeli apparitio in monte Gargano facta eſt, Gelaſij papæ iuſſu à Laurētio Epiſcopo Sipontino accerſitus, ipſe cum

Epiſcopis Sabino, Canuſino, & Rugerio Cannenſi altaria illius Eccleſiæ cōſecrauit. An driam reuerſus, dum maiori ſollicitudine paſtorali officio incumbit, ac nihil de vitæ aſperitate in ſumma ſenectute remittit, diuina reuelatione præmonitus ſuę reſolutionis diē iam imminere, in morbum incidit: quo ingraueſcēte, clerum, & populum conuocans, eos ad fidem catholicam, & præcepta Apoſtolorum, ſanctæq; matris Eccleſię ſeruanda, ac, vt in dilectione permanerēt, hortatus eſt. Clero inſuper cum diuinum cultum, & bona Eccleſiæ cōmēdaſſet, ſumptis Eccleſiæ ſacramentis, eleuans in cœlum oculos in illis verbis. In manus tuas Domine commēdo ſpiritum meum, efflauit animam. Eius ſanctum corpus magno hominum concurſu honorificè ſepultum eſt. Ad cuius ſepulchrū creberrima miracula facta ſunt. Sed cum tempore Ioannæ Reginæ primæ è loco, vbi primò poſitū fuerat ſublatum, ne à militibus Regis Vngariæ, qui Andriam diripiebant, ſurriperetur, in tutiori Eccleſiæ loco abſconditū fuiſſet, diuq; incognitum latuiſſet, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo, Eugenio Quarto Summo Pontifice, Alphonſo Aragonum Rege, & Franciſco de Baucio Andriæ Duce, qui inuentionis hiſtoriam ſcripſit, repertum eſt, ſuauiſſimū redolens odorem, ac priſtino loco ſub ſacelli ei dicati altare ſumma omnium lætitia reconditum. ℟. Magnificauit eum in conſpectu Regum, Et dedit illi coronam gloriæ. Alleluia. ℣. Statuit ei teſtamentum ſempiternum. Et dedit. Gloria patri. Et dedit illi.

In tertio nocturno. Antiph. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem ſe Dominus glorificauit. Pſal. Domine quis habitabit. Antiphona. Præuētus à Domino in Epiſcopatu, non ſolùm ſuæ, ſed toti illuceſcebat Eccleſię Dei. pſal. Domine in virtute tua. Antiphona. Eleuans in cœlum oculos ſpiritum Domino reddidit & conſtitutus eſt in loco ſancto eius. pſal. Domini

mini

mini eſt terra. ℣. Tu es ſacerdos in æternum. ℟. Secũdum ordinem Melchiſedech.
Lectio ſanƈti Euangelij ſecundum Lucam Lectio ſeptima.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neq; ſub modio; ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ presbyteri.

DE ſe ipſo Dominus hęc loquitur, oſtendens, etſi ſuprà dixerit nullum generationi nequam, niſi ſignum Ionæ dandum, nequaquàm tamen lucis ſuæ claritatem fidelibus occultandam. Ipſe quippe lucernam accendit, qui teſtam humanæ naturæ flamma ſuæ diuinitatis impleuit. Quam profectò lucernam, nec credentibus abſcondere, nec modio ſupponere, hoc eſt ſub menſura legis includere, vel intrà vnius Iudeæ gentis terminos voluit cohibere. ℟. Elegit te Dominus ſacerdotem ſibi ad ſacrificandum ei Hoſtiam laudis. ℣. Imola Deo ſacrificiũ laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Hoſtiã laudis. Lect. viij.

SEd ſuprà candelabrũ (inquit) vt qui ingrediuntur lumen videant. Candelabrũ Eccleſiam dicit, cui lucernã ſuperpoſuit, quia noſtris in frontibus fidem ſuæ incarnationis adfixit, vt qui Eccleſiã fideliter ingredi voluerint lumen veritatis palàm queant intueri. qua ſententia Iudæorum quoq; proceres condemnat, qui ſigna quærẽtes exteriùs, apertam lucis ianuam noluerunt intrare credendo. Denique præcipit, ne opera tantummodò, ſed & cogitationes, & ipſas etiam cordis intentiones mundare, & caſtigare meminerint. ℟. Sanƈte Richarde Chriſti confeſſor audi rogantes ſeruulos. Et impetratã cœlitùs tu defer indulgentiam. ℣. O ſanƈte Richarde fulgidum ſydus gratia Dei, ſeruorum tuorũ gemitus ſolita ſuſcipe clemẽtia. Et impetratam. Gloria patri. Et impetratã. Lec. ix.

SEquitur, lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Corpus quippè dicit opera, quæ palàm cunƈtis apparent: ocu

lum verò ipſam mentis intentionem, qua operatur, & de cuius merito eadem opera lucis, an tenebrarum, ſint opera, diſcernuntur; ſicut ipſe cōſequenter expoſuit dicens. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidū erit. Si autem nequàm fuerit, etiā corpus tuū tenebroſum erit; ſi (inquit) pura, rectaq; intentione quæ potes agere bona ſtudueris, lucis profectò ſunt opera, quę facis, etiam ſi coram hominibus imperfectionis aliquid habere videantur. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; his qui ſecūdum propoſitum vocati ſunt ſancti: ſi autem peruerſa eſt intentio, quę pręcedit, prauum eſt omne opus, quod ſequitur, quāuis rectum eſſe videatur.

T e Deum laudamus.

Ad Laudes, & p horas. Aña. Almi cōfeſſoris Richardi laudes ore, & corde in vnum pſallentes, ſollemniter celebremus. ps Dominus regnauit. cū reliquis de laud. Antiph. Tanta prole fœcundata fœlix gaudet Anglia, tanto pignore ditata lætatur & Andria. Antiphona. O ſolamen miſerorum ſancte Richarde glorioſiſſime, interueni pro nobis ad Deum, qui te elegit. Antiphona. Sacerdotes Dei benedicite Dominū, quia confeſſor almus percepit præmium operum ſuorū. Alleluia. Aña. Stella nitens, & præclara Richarde beatiſſime in caterua confeſſorum flores velut lilium. Cap. E cce ſacerdos magnus, qui in vita ſua. vt ſup. in veſp. Hym.

I Eſu Redemptor omnium,
Perpes corona præſulum,
In hac die clementiùs
Noſtris faueto precibus.

T ui ſacri qua nominis
Confeſſor almus claruit,
Huius celebrat annua
Deuota plebs ſolemnia.

Q ui rite mundi gaudia
Huius caduca reſpuens
Cum Angelis cœleſtibus
Lætus potitur præmijs.

H uius benignus annue
Nobis ſequi veſtigia,
Huius precatu ſeruulis
Dimitte noxam criminis.

S it Chriſte rex pijſſime
Tibi, Patriq; gloria,
Cum Spiritu paraclito,
Et nūc, & in ppetuū. Amē.

℣. Iu-

℣. Iuſtũ deduxit Dñs per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Ad Bñs. Antiph. Claritate lucens gloriæ quaſi ſtella matutina Richardus Dei famulus intrat in gaudium Domini ſui. Alleluia. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus. vt ſupra in veſp.

Ad Tertiam. Capitulum.

Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua. ℟. Amauit eum Dominus & ornauit eũ. ℣. Stolam gloriæ induit eum. Et ornauit. ℣. Elegit eum Dominus ſacerdotem ſibi. ℟. Ad ſacrificãdum ei hoſtiam laudis. Ad Sextam. Capitulum.

In diebus ſuis emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſuprà modum, qui curauit gẽtem ſuã, & liberauit eã à perditione. ℟. Elegit eum dominus Sacerdotem ſibi. ℣. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis. ℣. Tu es ſacerdos in æternũ.

Ad Nonam. Capitulum.

Qui præualuit amplificare ciuitatẽ, qui adeptus eſt gloriam in cõuerſatione gentis, & ingreſſum domus, & atrij amplificauit. ℟. Tu es ſacerdos in æternum. ℣. Secundũ ordinẽ Melchiſedech. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnũ Dei. In ij. veſp. Añа. Almi cõfeſſoris. de laud. pſal. Dixit Dominus. cũ reliq. de Dñica & loco vlt. dicitur ps. Memento Domine. Cap. & Hym. vt in primis veſp. ℣. Iuſtũ deduxit Dñs per vias rectas. ℟. Et oſtẽdit illi regnũ Dei. Ad Magn. Aña. Cum diuinum cultũ, & Eccleſiæ bona Sanctus Richardus clero ſuo commẽdaſſet, eleuatis in cœlum oculis beatiſſimã animam in manus dilecti Domini ſui commendauit; pretioſum autem corpus filijs ſuis Andrienſibus in pignus dilectionis reliquit. Allel. all. all.

## SECVNDA DIE

infra octa. Sancti Richardi. In j. nocturno legũtur lect. de Script. occur. in off. de tẽpore. In ij. noc. legunt lect. infraſcr. Sermo S. Maximi epi. Lec. iiij

AD ſctĩ, ac beatiſſimi patris noſtri Richardi, cui' hodie feſta celebram', laudes addidiſſe aliqd, decerpſiſſe eſt; ſiquidẽ virtutũ ei' gratia nõ ſermonibus exponẽda eſt, ſed operibus cõprobanda. Cum

enim

enim dicat ſcriptura Diuina, Gloria patris eſt filius ſapiēs: quātę huius ſunt gloriæ, qui tantorum filiorum ſapiētia, & deuotione lætatur; in Christo enim Ieſu per Euangeliū ipſe nos genuit. ℞. Iſte ſanctus. prout in die. Lectio v.

QVidquid igitur in ſancta plebe hac poteſt eſſe virtutis, & gratiæ, de hoc quaſi de quodam lucidiſſimo fonte omnium riuulorū hæc puritas emanauit. Etenim, qa caſtitatis pollebat vigore, qa abſtinentiæ gloriabatur anguſtijs; quia blandimentis erat præditus lenitatis, omnium ciuium in Deum prouocauit affectum; Quia Pontificis adminiſtratione fulgebat; plures ex diſcipulis reliquit ſui ſacerdotij ſucceſſores. Lectio ſexta.

BEnè, & congruè in hac die, quam nobis beati patris noſtri huius ad paradiſum tranſitus exultabilē reddidit, præſentis pſalmi verſiculum decantauimus. In memoria æterna erit iuſtus. Digne enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium tranſijt Angelorū; qui iam gratiam Chriſti clarificatus inuenit; qui mūdi gloriam non quæſiuit, cauens illud, quod dicit ſermo diuinus: Ne laudaueris hominem in vita ſua; tanquam ſi diceret, lauda poſt vitam, magnifica poſt coſumationē. In iij. noc. De Homilia Venerabilis Bedæ presbyt. Lectio ſeptima.

VIde ergò ne lumē quod in te eſt tenebræ ſint. Hoc eſt, ne ipſa cordis intentio, quæ lumen eſt animæ vitiorum caligine fuſcetur, ſedula diſcretione perpende. Iuxta quod alibi præcipitur. Omni cuſtodia ſerua tuū cor, quoniam ex ipſo vita procedit. Lectio octaua.

SI ergò corpus tuum totū lucidum fuerit, non habēs aliquam partem tenebrarū, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Totum corpus noſtrum omnia noſtra opera dicit, qa & Apoſtolus membra noſtra nuncupat quædā opera, quæ improbat, & mortificanda præcipit, dicens. Mortificate ergò membra veſtra, quæ ſunt ſuper terrā; fornicationem, immunditiam, libidinē,

& cæ-

& cætera alia. Lectio nona,

SI igitur ipſum bonum bona intentione patraueris, non habens in tua conſcientia aliquam partem tenebroſæ cogitationis, etiam ſi contigerit alicui proximorum tua bona actione noceri; verbi gratia, aut de pecunia, quã à te indigens & petens acceperat, facere, vel pati aliquid mali; aut, de verbo exhortationis, quo errantẽ corrigere volebas, fortè perniciosiùs errare, tu tamẽ pro tuo ſimplici & lucido corde, & hic, & in futuro lucis gratia donaberis. Hæc contra Hypocriſim phariſæorum ſubdolè ſigna quęrentium ſpecialiter dicta, nos iuxta ſenſum moralẽ generaliter inſtituant.

TERTIA DIE fit de ſancto Barnaba apoſtolo cum commemora. octau.

QVARTA DIE Infra octau. In ſecũdo noct. De Sermone Sancti Maximi Epiſcopi. Lectio quarta.

DVplici ex cauſa vtilius eſt hominum magis memoriæ laudem dare, quàm vitæ; vt illo potiſſimùm tempore merita ſanctitatis extollas, quando, nec laudantem adulatio mouet, nec laudatũ tentat elatio: lauda ergò poſt periculum; prædica ſecurum; lauda non nauigantis fœlicitatem, ſed cum peruenit ad portum; lauda ducis virtutem; ſed cum perductus eſt ad triumphũ. Lectio quinta.

QVis autem viuens tutò poſſit ac ſine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit ſe habere, quod doleat, & de futuro videt ſibi ſupereſſe quod timeat? Qui verò in hoc corpuſculo poſiti debeant ſibi quidquam vindicare de meritis, quos iterũ dæmonum infeſtatio, velut latronum obſidet multitudo; quibus per omnes vias ſupplãtatores inuiſi animarum laqueos tendunt innumerabilium mortibus expaueſcendos? Lectio ſexta.

NAuigantibus enim nobis hoc p mare magnũ & ſpatioſum, in quo ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla, & magna, ideſt diuerſa genera inimicorum, qui ſecundum noſtrarum virium quantitatem compenſato nobiſcum agone lu-

ne luctantur. In huius mundi itaq; pelago valdè nobis pertimiſcendum eſt, ne nauē noſtram aut procella tempeſtatis abripiat, aut fluctus abſorbeat, aut in æternam prædā pirata crudelis abducat. Aduerſus hæc ergo multiformia ſæculi mala caſtigatis, ac caſtis actionibus reſiſtamus.

In tertio nocturno.

Homilia ſancti Ambroſij epiſcopi. Lectio ſeptima.

QVia in ſuperioribus Eccleſiam ſynagogæ prætulit, hortatur nos, vt fidem potiùs noſtram ad Eccleſiam transferamus. Lucerna enim fides eſt, iuxtà quod ſcriptū eſt, lucerna pedibus meis verbum tuum domine: verbum enim Dei lux eſt, lucerna eſt fides. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: lucerna autem lucere non poteſt, niſi aliundè lumen acceperit.

Lectio octaua.

HAec eſt lucerna, quę accenditur, virtus ſcilicèt noſtræ mentis, & ſenſus; vt drachma illa poſſit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergò fidem ſub lege conſtituat; lex enim intrà menſuram eſt, vltrà menſuram gratia; lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideò nemo fidem ſuam intrà menſuram legis includat, ſed ad Eccleſiam conferat, in qua ſeptiformis ſpiritus relucet gratia, quam princeps ille ſacerdotū fulgore ſupernæ Diuinitatis illuminat, nec eam legis vmbra reſtringat.

Lect. ix. de ſanctis martyribus Baſilide & ſocijs.

## QVINTA DIE

In ſecundo nocturno.

De Sermone ſancti Maximi epiſcopi. Lectio quarta.

BEati autem patris merita iam in tuto poſita ſecuri magnificemus; qui gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram ſpei trāquilla iam in ſtatione cōpoſuit, & plenam cœleſtibus diuitijs & æternis mercibus nauem optato in littore collocauit; qui cōtra omnes aduerſarios ſcutum timoris Dei tam diù infatigabiliter tenuit, donec ad victoriā perueniret. Quid enim fuit totus vitę illius curſus, niſi vnus cum vigili hoſte conflictus? Quantis hic cæcis à via veritatis errantibus,

bus, & de ſumma iam in profundum rupe pendentibus, amiſſum reddidit viſum, & illum, quo Chriſtus videretur, reparauit intuitum? quantorum auribus ſurdis, & infidelitatis obturatione damnatis ad percipiendam vocem cœleſtium mandatorum pretioſum infudit auditum, vt vocanti Deo ad miſericordiã reſponderet per obedientiã?

### Lectio quinta

QVãtos intrinſecùs vulneratos angelici oris arte, & orationum ab infirmitate curauit? quantos per longam iniuriam peccati labe reſolutos, & quadam lepræ contagione perfuſos, caſtigationibus exhortationibus expiando, Deo in ſe operante mundauit? quantorum animas viuentes in corpore iam defunctas, & delictorum mole obrutas, ac ſepultas, ad emendationem tamquàm ad lucem vocando, Deo reſuſcitauit? vt Domini ſui admirandus imitator iam mortuas Deo, è contrario mortificet vitali morte peccato. Tunc in alia parte ea quæ aperuerat, ſalubritate claudebat; ne eis res aliena concupiſcibilis appareret; ne interiori homini maculã exterior cul pa trnſmitteret; ne ad cor tenebræ per vias lucis intrarent; ne in vnoquoque prophetica illa interminatio compleretur. Mors (inquit) intrauit per feneſtras veſtras. Miniſteria enim auriũ & oculorum, feneſtræ eſſe probantur animarum.

### Lectio ſexta.

HAec itaque, atque huiuſmodi plura gerens quæ proferre per natos atque expedire, vt dignum eſt, non poteſt ſermo pauperculus, meliùs vobis ea veſter dicet affectus. Summæ enim alacritatis inſtantia fuit cultor, & cuſtos, animarum cupiditates reſecãs, iras comprimens, malitias extirpans. His etiam magis vir iſte temporibus neceſſarius fuit, quibus tanta iniquitas ſumptis quotidie, deficiente iuſtitia, viribus conualeſcit, & quidem ille in hac peregrinatione ſolo

corpore conſtitutus, cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuerſatus eſt, & quaſi bonus ratiocinator velut ad centuplum manum porrigens, ſemper de ſiniſtra trāſmiſit ad dexteram, & in cœlo repoſuit ſudores ſuos; nam etſi hic opera eius videntur, illuc operum merita tranſierunt. Illius ergo in quantum poſſumus veſtigijs inſiſtamus, quibus per illam nimis arctam viam ad cœli ampla feſtinans, quà eum ſequeremur, oſtendit.

In tertio nocturno.

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi. Lectio ſeptima.

LVcerna eſt homo, qui benè operatur. Quid autem candelabrum? Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti. Qui ergò ſecundū Chriſtum facit, & propter Chriſtum facit, vt non glorietur niſi in Chriſto, candelabrum eſt. Luceat omnibus, videant quid imitentur, nō ſint pigri, non auari, proſit quòd vident; non ſint oculis videntes & cordibus cœci: ſed ne fortè occurrat alicui, quòd Dominus bona opera velut iubet abſcondi, vbi dicit cauete facere iuſtitiam veſtrā coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nō habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Lectio octaua.

DEbet quæſtio iſta diſſolui, vt nouerimus quemadmodū domino obtemperemus, ne obtemperare illi non poſſimus, cum eum contra iubere audimus. Hinc dicit: Luceant opera veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra: Hic dicit. Cauete facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis. Vultis noſſe quomodo ſit iſta quæſtio diſſoluenda? Et niſi diſſoluatur moleſtè erit ſi remaneat inſoluta. Quidam homines faciunt benè, & timent videri, & omni ſtudio quantùm poſſunt cooperiunt bona opera ſua. Captant quando neminem videant. Tunc aliquid porrigunt timentes ne offendant

dant in illud præceptum ubi dictum eſt. Cauete facere iuſtitiam ueſtram coram hominibus, ut uideamini ab eis. Non autem Deus iuſſit bona opera abſcondi, ſed in bonis operibus laudem humanam non cogitare. Lectio nona.

DEnique cum dixit. Cauete facere iuſtitiam ueſtram coram hominibus: ubi finiuit? ut uideamini ab eis. Vt ideò faciant, ut uideantur ab hominibus, hũc fructum boni operis quærant, hũc ferant, nihil aliud expectent, nihil ſuperioris, & cęleſtis commodi concupiſcant. Si ideò ſolùm faciat ut laudetur, hoc prohibuit Deus. Cauete facere, Quomodo? ut uideamini ab eis. Cauete hunc facere fructum, ideſt uiſionem hominum. Iubet autem uideri opera noſtra, & dicit. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Et ſic luceant opera ueſtra coram hominibus, ut uideant (inquit) bona facta ueſtra: Et non ibi remanſit, ſed glorificent, ſubiunxit, patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

SEXTA DIE

Celebratur feſtum Sãcti Baſilij cum commem. octauæ. In ſecundis veſperis à Capitolo de Sanctis Martyribus Vito, & Creſcentia, cũ commemoratione octauæ.

SEPTIMA DIE

Celebratur feſtum Sãcti Viti cũ cõmemoratione octa. In ſecundis Veſperis omnia de octaua cum commemoratione S. Viti & ſociorum. In octaua Sancti Richardi omnia dicuntur ſicut in die. Si feſtum Sancti Richardi venerit infra octauam, vel in die octauæ Aſcenſionis, fiat de feſto cum cõmemoratione octauæ Aſcenſionis tantùm. Si venerit in vigilia Pentecoſtes, & per totam octauam incluſiuè transferatur poſt feſtũ Trinitatis, & tunc fit tantùm officiũ de die feſti, & eo anno prætermittitur officium octauæ, neque vlla prorſus de ea fit deinceps commemoratio infra octauam, ſci-

licet Pentecoſte. Sed poſt octauam. Si ſuperſunt dies vſque ad diem octauum feſti Sancti Richardi fit de octaua infra illos paucos dies vſque ad diem octauum incluſiuè. Si autem occurrat in die corporis Chriſti nihil eo die fit de eo. Sed in ſecundis Veſperis Corporis Chriſti fit de eo commemoratio, & deinceps infra octauam Corporis Chriſti fit tantum commemoratio de Sancto Richardo. Si infra octauam Corporis Chriſti uenerit, fit de feſto cum cōmemoratione corporis Chriſti, & infra octauam fit de octaua corporis Chriſti, cum com. octauæ Sancti Richardi, & poſt octauā corporis Chriſti totum de octaua Sancti Richardi, niſi feſtum nouē lectionum occurrat

## DIE XXIII Aprilis.

Celebratur feſtum Inuētionis Sancti Richardi. Et feſtum Sancti Georgij transfertur in ſequentem diem.

In Inuentione Sācti Richardi Epiſcopi, & confeſſoris omnia dicuntur ſicut in die feſti additis **Alleluia.** Ad Antiphonas, Reſponſoria, tàm breuia quàm alia, & verſiculos, & pſalmi nocturnorum dicuntur ſub vna antiphona, ſicut in officio temporis Paſchalis.

Si feſtum Inuentionis venerit infra hebdomadam maiorem, vel in die Paſchæ, & per octauā transfertur poſt octauam in primam diem ſimiliter feſto non impeditam. Deinde transfertur feſtum Sancti Marci, & poſtremò Sancti Georgij.

Cōmemoratio de Sācto Richardo, quæ fit in officio inter ſuffragia per totū annū;

**Cvm diuinum cultum & Eccleſiæ bona Sanctus Richardus clero ſuo commendaſſet eleuatis in cœlum oculis, beatiſſimam animam in manus dilecti Domini ſui commendauit, prætioſum autem corpuſculum filijs ſuis Andrienſibus in pignus dilectionis reliquit.** Tempore Paſchali additur **Alleluia.**

**℣. Ora pro nobis beate pater Richarde.**

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Richardi confeſſoris tui, atque pontificis veneranda commemoratio, & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſeculorum. Amē.

Quæ Antiphona, & Oratio dicitur tam in veſperis quam in Matutinis.


+ VRBEM. QVAM. LÆVA. SVFFVLCIS. DEXTRA. SECVNDET.
S. RICCARDVS. P.S EPVS. ANDRIEN.
LVC. ANT. RESTA. EPVS ANDRIEN.
CIVITAS. ANDRIÆ.

# MISSA S. RICHARDI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

## Introitus.

GAVDEAmus omnes in Domino diẽ festum celebrantes sub honore beati Richardi, de cuius ſollemnitate gaudent Angeli, & collaudãt filium Dei. ps. Bonum eſt confiteri Domino & pſallere nomini tuo altiſſime. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui beatũ Richardum pontificem tuum ſanctorum confeſſorum collegio ſociaſti, concede nobis, quæſumus, famulis tuis; vt eius meritis, & precibus miſericordiam conſequamur, & pacẽ. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecce ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit templum, templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio, & excelſi parietes tẽpli, in diebus ſuis emanauerunt putei aquarũ, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum; qui curauit gentem ſuam & liberauit eam à perditione; qui præualuit amplificare ciuitatem; qui adeptus eſt gloriã in conuerſatione gentis, & ingreſſum domus, & atrij amplificauit. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi. ℣. Sancte Richarde præſul Andriæ laudes deuotas ſuſcipe populi tui & ab eo auerte peſtem, famem, & bella. Alleluia. all. Tempore paſchali. Alleluia, alleluia. Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante dominũ, Alleluia. ℣. Sancte Richarde præſul Andriæ preces deuotas ſuſcipe, & à nobis auerte peſtem, famem, & bellum, Alleluia.

Sequen-

Sequentia Sancti Euangelij ſecundùm Lucam.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergò ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint. Si ergò totum corpus tuum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Offertoriũ.

VEritas mea, & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MVnera tuæ miſericors Deus maieſtati oblata benigno, quæſumus, ſuſcipe intuitu, vt eius nobis fiãt precibus ſalutaria, cuius patrocinio gubernamur. Per dñm.

Communio.

FIdelis ſeruus & prudens, quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Oratio.

MVnera, quæ in Sancti Pontificis tui Richardi ſollẽnitate ſuſcepimus, quæſumus Domine, nos vbique adiuuent, & tuo ſemper faciant amore feruentes. Per dominum noſtrum.

Hæc miſſa dicitur non ſolùm in feſto Sancti Richardi ix. Iunij, ſed etiam in Inuentione ipſius xxiij. Aprilis.

---

*NOS Vincentius Tit. Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Montisregalis nuncupatus, teſtatum facimus nuper Sanctiſſimum D. N. D. Xiſtum V. viuæ vocis oraculo conceſſiſſe, vt in Eccleſia Andrienſi, eiusq; diœceſi Officium Sancti Richardi ad formam Breuiarij Romani redactum, atque emendatum, ſicuti in ſuperiori libello continetur, celebrari poſſit in Choro & extra; quin etiam omnibus, qui huiuſmodi officium dixerint ac pſallerint, toties viginti dies de iniuncta ipſis pœnitentia ex omnipotentis Dei miſericordia relaxare. In cuius rei fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas ac ſigilli noſtri appenſione munitas fieri mandauimus.*

*Romæ xv. Martij. MDLXXXVI.*

*Vincentius Cardinalis Montisregalis.*

*Locus ſigilli.*

# RELIQVIÆ QVÆ CONSERVANTVR IN ECCLESIA CATHEDRALI ANDRIENSI.

IN Sacello Sancti Richardi extat corpus eiuſdem ſancti Primi Epiſcopi Andrienſis, & patroni.

## In Sacriſtia eiuſdem Eccleſiæ.

CAput eiuſdem ſancti Richardi Epiſcopi, et mitra eiuſdē ſancti.

Cor, & capitis pellicraneum, ſeu pellis clericalis eiuſdem ſancti.

Crux argentea continens fruſtum ligni ſanctæ Crucis, partē ſpongiæ, indumenti purpuræ, & lanæ D. N. Ieſu Chriſti.

Alia parua crux continens particulam ligni ſanctæ Crucis.

Vna ex ſpinis maioribus coronæ Chriſti in acie, & in medio ſanguineis maculis perfuſa.

De lacte glorioſæ Virginis Mariæ, & de eiuſdem capillis.

De cineribus, & oſſibus ſancti Ioannis Baptiſtæ.

Vnus ex lapidibus, quibus ſanctus Stephanus prothomartyr fuit lapidatus.

Caput ſanctæ Columbæ Virginis, & martyris.

De oſſibus ſancti Viti martyris.

De oſſibus ſanctæ Catherinæ virginis, & martyris.

De oſſibus ſancti Mauri Epiſcopi, & confeſſoris.

Altare portatile ſancti Gregorij Papæ & Doctoris Eccleſiæ.

Reliquiæ plurimorum Martyrum.

Pars indumenti Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Pars veli ſanctæ Marthæ ſororis ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

De loco vbi Crux Domini a ſancta Helena fuit inuenta.

## In Icona Altaris Maioris habentur infraſcriptæ Reliquiæ.

DE ligno ſanctæ Crucis D. N. Ieſu Chriſti.

De veſtimento Chriſti.

De columna in qua fuit flagellatus.

De lapide ſancti Sepulchri.

De deſerto vbi ieiunauit.

De porta Aurea Hieruſalem.

De capillis Virginis Mariæ.

De lacte eiuſdem Virginis.

De loco vbi fuit Annunciata.

De Sepulchro.

De reliquijs ſancti Zachariæ prophetæ patris ſancti Iohannis Baptiſtæ.

## Reliquiæ Sanctorum Apoſtolorum.

DE oſſe ſancti Petri Apoſtoli, & de eius cruce.

De oſſe ſancti Pauli Apoſtoli, & de eius Cruce.
De oſſe ſancti Andreæ Apoſtoli.
De oſſe ſancti Iacobi Minoris.
De veſte ſancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.
Sancti Philippi Apoſtoli.
Sancti Matthæi Apoſtoli & Euang.
Sancti Simonis Apoſtoli.
Sancti Barnabæ Apoſtoli.
Sancti Lucæ Euangeliſtæ.
Sancti Marci Euangeliſtæ.

## Reliquiæ Sanctorum Martyrum.

A

Sancti Alexandri mart.
Sancti Angeli mart.
Sancti Archadij mart.
Sancti Athanaſii mart.
Sancti Archilei mart.
Sancti Aretij mart.
Sancti Apolinaris Epiſcopi & mart.
Sancti Alexandri Papæ & mart.
Sancti Audiſacis mart.
Sancti Abbacuch mart.
Sancti Abdenago.
Sancti Abdon mart.
Sancti Agapiti mart.
Sancti Antonini mart.
Sancti Anacleti Papæ & mart.
Sancti Ananiæ mart.
Sancti Aureliani mart.
Sancti Aproniani mart.
Sancti Agricolæ mart.
Sancti Augurij mart.
Sancti Anigonij mart.
Sancti Aquilini mart.
Sancti Antonini de Libano.
Sancti Amantij mart.
Sancti Auguſtini mart.
Sancti Annesij mart.
Sancti Andeoli mart.
Sancti Antonij mart.
Sancti Aniceti Papæ & mart.
Sancti Adriani mart.
Sancti Aſperi mart.
Sancti Audacti mart.
Sancti Aurietis.

B

Sancti Berardini mart.
Sancti Blaſii Epiſcopi & mart.
Sancti Bonifatij mart.
Sancti Batiſſi.
Sancti Borti.
Sancti Baſilidis mart.
Sancti Barbari mart.
Sancti Bartholomæi mart.

C

Sancti Clementis Papæ & mart.
Sancti Cleti Papæ & mart.
Sancti Cyriaci mart.
Sancti Cyrilli mart.
Sancti Candidi mart.
Sancti Cypriani mart.
Sancti Carpi Epiſcopi & mart.
Sancti Chriſtophori mart.
Sancti Conſtantij mart.
Sancti Cartili.
Sancti Cirini mart.
Sancti Calixti Papæ & mart.
Sancti Cornelij mart.
Sancti Creſcentij mart.
Sancti Caſtuli mart.
Sancti Centurionis.
Sancti Cantronis.
Sancti Carboni.
Sancti Claudij mart.

Sancti Caloceri mart.
Sancti Creſcentiani mart.
Sancti Callepodij mart.
Sancti Cynilij.
Sancti Carelliſii.
Sancti Celoſi mart.
Sancti Cantij mart.
Sancti Canconis Epiſcopi, & mart.
Sancti Charti.
Sancti Cirencrisij.
Sancti Cyri mart.
Sancti Caſſiani mart.
Sancti Camois. Sancti Cerati.

D

Sancti Domitiani mart.
Sancti Detiani.
Sancti Darij mart.
Sancti Donati Epiſcopi & mart.
Sancti Deſiderij Epiſcopi & mart.
Sancti Dioſcori mart.
Sancti Dionis.
Sancti Diononis.
Sancti Diogenis.
Sancti Dionyſii Epiſcopi, & mart.
Sancti Diodoli mart.
Sancti Damiani mart.

E

Sancti Eleuterij Papæ & mart.
Sancti Euariſti Papæ & mart.
Sancti Eutichi presbyteri, & mart.
Sanctorum Eugenij & Iuliani mart.
Sancti Eufraſii Epiſcopi & mart.
Sancti Euſtachij mart.
Sancti Euſtofoli.
Sancti Eradij mart.
Sancti Emiliani mart.
Sancti Eraſmi mart.
Sancti Eubrobrij.
Sancti Erinaldi.
Sancti Epiphanij Epiſcopi & mart.
Sancti Epimachi mart.
Sancti Euentij mart.
Sancti Epichtitij mart.
Sancti Epipodij mart.
Sancti Eſeſtorgij Epiſcopi & mart.
Sancti Euſebij mart.
Sanctorum Eliæ, & Pauli mart.
Sancti Euodij mart.

F

Sancti Floriani mart.
Sancti Feliciani mart.
Sancti Forti.
Sancti Fauſtini mart.
Sancti Felicis mart.
Sancti Fabiani Papæ & mart.
Sancti Fortunati mart.
Sancti Fidelis mart.
Sancti Feſti mart.
Sancti Flauiani mart.
Sancti Florentij mart.
Sancti Fabij mart.
Sancti Felicis Epiſcopi & mart.
Sancti Fauſti mart.
Sancti Flumentij mart.

G

Sancti Geruaſii mart.
Sancti Gaij Papæ & mart.
Sancti Georgij mart.
Sancti Gorgonij mart.
Sancti Gordiani mart.
Sancti Gabini mart.
Sancti Geledonij mart.

H

Sancti Herculis.
Sancti Hermetis mart.
Sancti Herculani mart.
Sancti Hermogenis mart.
Sancti Hermacoræ Epiſcopi & mart
Sancti Hermeni.
Sancti Herminicilli Regis & mart.

Sancti Hermacoræ Epiſcopi & mart.
Sancti Hermeni.
Sancti Herminicilli Regis, & marty.
Sancti Hircnei mart.
Sancti Hoſtorigi.
Sancti Hortitis.

I

Sancti Igonis.
Sancti Innocentis martyris.
Sancti Iuliani martyris.
Sancti Ianuarij martyris.
Sancti Iulippi Papæ, & martyris.
Sancti Iuuenalis martyris.
Sancti Ioannis martyris.
Sancti Illidij martyris.
Sancti Iulij martyris.
Sancti Iſidori martyris.
Sanctorum Innocentum martyrum.
Sancti Turgini.
Sancti Iouiniani martyris,
Sancti Iuſti martyris.
Sancti Iſaac.
Sancti Ignatij Epiſcopi & martyris.
Sancti Iuſtini martyris.
Sancti Iouitæ martyris.

L

Sancti Largi martyris.
Sancti Laurentij martyris.
Sancti Lini Papæ & martyris.
Sancti Lamperti Epiſcopi, & marty.
Sancti Luciani martyris.
Sancti Longini martyris.
Sancti Lucij Epiſcopi & martyris.

M

Sancti Martiani martyris.
Sancti Militis martyris.
Sanctorum Martyrum.
Sancti Maximi martyris.
Sancti Malpaci.
Sancti Moyſetis martyris.
Sancti Metrani martyris.
Sancti Marcellini Papæ & martyris.
Sancti Marcelli Papæ & martyris.
Sancti Mauritij martyris.
Sancti Montani presbyteri & mart.
Sancti Modeſti martyris.
Sancti Melchiadis Papæ & martyris.
Sancti Macharij mart.
Sancti Maximiani mart.
Sancti Matthiæ mart. et Epiſcopi.
Sancti Maronis martyris.
Sancti Mariani martyris.
Sancti Martiniani martyris.
Sancti Marcelliani mart.

N

Sancti Nicomedis mart.
Sancti Nuntij.
Sancti Nariſſi mart.
Sancti Naboris mart.
Sancti Nazarij mart.
Sancti Nerei mart.
Sancti Nicandri mart.
Sancti Nazauni.
Sancti Nicanoris mart.
Sancti Neopoli mart.

O

Sancti Orontij mar.
Sancti Oſtaſij.
Sanctorum octo mart.

P

Sancti Phocæ mart.
Sancti Pionij mart.
Sancti Prati.
Sancti Patritij mart.
Sancti Pauli mart.
Sancti Pancratij mart.
Sancti Pergentini mart.
Sancti Proculi mart.
Sancti Peregrini presb. & mart.
Sancti Petri mart.

Sancti

Sancti Pantaleonis mar.
Sancti Pontiani mart.
Sancti Philemonis mar.
Sancti Papiæ mart.
Sancti Policarpi Epiſcopi & mart.
Sancti Pontij mart.
Sancti Perfecti mart.
Sancti Perpetis.
Sancti Papinij mart.
Sancti Paſtoris mart.
Sancti Pamphili mart.
Sancti Paſſecratis mart.
Sancti Proceſſi mart.
Sancti Philippi mart.
Sancti Priſci.
Sancti Prothi mart.
Sancti Protaſii mart.
Sancti Petiti mart.
Sancti Primi mart.
Sancti Pomponij.
Sancti Procopij mart.

Q

Sancti Quirini mart.
Sancti Quirici mart.
Sancti Quintiani mart.
Sancti Quadraginta.
Sancti Quadrati.

R

Sancti Regatiani mart.
Sancti Rarauni.
Sancti Roncij.
Sancti Ruffi mart.
Sancti Romani mart.
Sancti Ruſtici mart.
Sancti Romuli mart.

S

Sancti Salamonij mart.
Sancti Simplicij mart.
Sanctorum Septem fratrum.
Sancti Symphoriani mart.
Sancti Seueriani mart.
Sancti Simeonis Epiſcopi & mart.
Sancti Sergij mart.
Sancti Smaragdi mart.
Sancti Sebaſtiani mart.
Sancti Sennen mart.
Sancti Succeſſi mart.
Sancti Secundi mart.
Sancti Siſinij mart.
Sancti Sigeſimi.
Sancti Siluerij Papæ & mart.
Sancti Sulpitij mart.
Sancti Syri mart.
Sancti Saturnini mart.
Sancti Silelij
Sancti Sabiniani mart.
Sancti Sineſii mart.
Sancti Serapionis mart.
Sancti Satyri mart.
Sancti Salamini Epiſcopi & mart.

T

Sancti Traſeæ Epiſcopi & mart.
Sancti Triphonij mart.
Sancti Terentiani Epiſcopi & mart.
Sancti Theogenij mart.
Sancti Thutij mart.
Sancti Tiburtij mart.
Sancti Theodori mart.
Sancti Torquati mart.
Sancti Timothei Epiſcopi & mart.
Sancti Theodoli mart.
Sancti Torpetis mart.
Sancti Timonis Epiſcopi & mart.
Sancti Turbonis mart.
Sancti Theophili.
Sancti Terti.

V

Sancti Vrbani Papæ & mart.
Sancti Vitalis mart.
Sancti Vincentij mart.

Sancti Valentini mart.
Sancti Victorini mart.
Sancti Valeriani mart.
Sancti Valerij mart.
Sancti Victoriani mart.
Sancti Victoris Papæ & mart.
Sancti Valentiani.
Sancti Viti mart.
Sancti Victoris mart.
Sancti Verolini.

Z

Sancti Zotici mart.
Sancti Zenonis mart.
Sancti Zenobij mart.

## Reliquiæ Sanctorum Confeſſorum.

A

Sancti Amatoris Epiſcopi & confeſ.
Sancti Anſelmi confeſſoris.
Sancti Alexij confeſſoris.
Sancti Ambroſii confeſſoris.
Sancti Auſtregij confeſſoris
Sancti Auguſtini Epiſcopi & confeſſoris, & Doctoris Eccleſiæ.
Sancti Anaſtaſii Papæ & confeſſoris.
Sancti Antonij confeſſoris.
Sancti Auguritæ confeſſoris.
Sancti Apollonij Epiſcopi.

B

Sancti Benedicti Abbatis.
Sancti Blandoni Abbatis.

C

Sancti Cataldi Epiſcopi et confeſſoris.
Sancti Columbani Abbatis.
Sancti Caſiſii confeſſoris.
Sancti Cerbonij Epiſcopi & confeſſ.
Sancti Candioſi Epiſcopi & confeſſ.
Sancti Coſtas confeſſoris.

D

Sancti Deſiderij Epiſcopi & confeſſ.
Sancti Dominici confeſſoris.
Sanctorum Dormientium.
Sancti Draconis confeſſoris.

E

Sancti Euſebij confeſſoris.
Sancti Ephrem Epiſcopi & confeſſ.
Sancti Euſtaſii Abbatis.
Sancti Eligij Epiſcopi & confeſſoris.
Sancti Egidij Abbatis.
Sancti Egiſippi confeſſoris.

F

Sancti Frontonis Epiſcopi & confeſ.
De Sancti Franciſci Cilicio, & Saia.
Sancti Feliciani confeſſoris.
Sancti Frandoſii confeſſoris.
Sancti Fortunati Epiſcopi & confeſſ.

G

Sancti Gregorij Papæ & confeſſoris.
Sancti Gilberti confeſſoris.
Sancti Giraldi Epiſcopi & cõfeſſoris.
Sancti Gudrandi Regis & confeſſ.

H

Sancti Hilarij Epiſcopi & confeſſoris.
Sancti Hirenei Epiſcopi & confeſſo.
Sancti Honorati confeſſoris.

I

Sancti Iuliani confeſſoris.
Sancti Iulij Papæ & confeſſoris.
Sancti Iuuini confeſſoris.
Sancti Ioſeph confeſſoris.
Sancti Iſidori Epiſcopi & confeſſoris.
Sancti Irunni Epiſcopi & confeſſoris.
Sancti Iuliani Epiſcopi et confeſſoris.
Sãcti Ignugni comeſtabilis de Portugallo.
Sancti Iohannis Epiſcopi & confeſſ.

L

Sancti Leopardi Abbatis.

Sancti

*Sancti Leonis Papæ & confeſſoris.*
*Sancti Ludouici confeſſoris.*
*Sancti Leucij Epiſcopi & confeſſoris.*
*Sancti Leodagari Epiſcopi & confeſſ.*

M

*Sancti Maximi Abbatis.*
*Sancti Mauri Abbatis.*
*Sancti Marci confeſſoris.*
*Sancti Martini Epiſcopi & confeſſo.*
*Sancti Modeſtini Epiſcopi.*
*Sancti Mauri Epiſcopi & confeſſoris.*
*Sancti Macarij confeſſoris.*
*Sancti Melanij Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Moyſetis Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Marci Papæ & confeſſoris.*
*Sancti Marini confeſſoris.*

N

*Sancti Nicolai confeſſoris.*
*Sancti Niceti Epiſcopi.*
*Sancti Nicolai de Tolentino confeſſ.*

O

*Sancti Honophrij confeſſoris.*

P

*Sancti Paulini Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Pauli primi Eremite conf.*
*Sancti Petri de Morono confeſſoris.*
*Sancti Pantaleonis confeſſoris.*
*Sancti Peregrini presbyteri & conf.*
*Sancti Perpetui Pontif. & cõfeſſoris.*
*De Sancti Petri maiellę Cilicio.*
*Sancti Paſtoris confeſſoris.*
*Sancti Paulini confeſſoris.*
*Sancti Patritij Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Pauli Epiſcopi & confeſſoris.*

R

*Sancti Richardi Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Rogerij Epiſcopi & confeſſoris.*
*Sancti Roberti Abbatis & cõfeſſoris.*
*Sancti Remigij Epiſcopi & confeſſ.*

S

*Sancti Seuerini confeſſoris.*
*Sancti Simmetrij confeſſoris.*
*Sancti Simeonis confeſſoris.*
*Sancti Stephani confeſſoris.*
*Sancti Seuerini Epiſcopi & confeſſ.*
*Sancti Sabini Epiſcopi.*
*Sancti Sentij confeſſoris.*
*Sancti Satyri confeſſoris.*
*Sancti Syri Epiſcopi & confeſſoris.*
*Sancti Seuerini Abbatis & confeſſ.*
*Sancti Sabini Epiſcopi & confeſſoris.*

T

*Sancti Thomæ de Aquino confeſſoris.*
*Sancti Theophanij confeſſoris.*
*Sancti Titi Epiſcopi.*
*Sancti Theodoli confeſſoris.*

V

*Sancti Vberti confeſſoris.*
*Sancti Vincentij confeſſoris.*
*Sancti Valeriani Epiſcopi & confeſſ.*

## Reliquiæ Sanctarum Virginum, & Martyrum.

A

*Sanctæ Anguptos virginis & mart.*
*Sanctæ Agathonicæ mart.*
*Sanctæ Agathæ virginis & mart.*
*Sanctæ Aygæ virginis & mart.*
*Sanctæ Agapes virginis & mart.*
*Sanctæ Apolloniæ virginis & mart.*
*Sanctæ Antoniæ mart.*

B

*Sanctæ Barbaræ virginis & mart.*
*Sanctæ Baſillæ virginis & mart.*
*Sanctæ Blandinæ mart.*
*Sanctæ Balbinæ virginis & mart.*
*Sanctæ Baſiliſſæ virginis.*
*Sãctæ Beatricis virg. S. Brigidæ virg.*

C

*Sanctæ Ceciliæ virginis & mart.*

*Sanctæ*

*Sanctæ Conſtantiæ virginis & mart.*
*Sanctæ Castæ mart.*
*Sanctæ Claræ virginis & mart.*
*Sanctæ Columbæ virginis & mart.*
*De ſanctæ Catherinæ virginis et mar. Manna.*
*Sanctæ Concordiæ mart.*
*Sanctæ Christinæ virginis & mart.*

D

*Sanctæ Dorotheæ virginis & mart.*
*Sanctæ Paminæ virginis & mart.*
*De ſanctis duodecim millibus virg.*
*Sanctæ Donantiæ mart.*

E

*Sanctæ Euphraſiæ virginis.*
*Sanctæ Euphemiæ virginis & mart.*
*Sanctæ Emerentianæ.*
*Sanctæ Elizabeth virginis.*
*Sanctæ Euphroſinæ virginis & mart.*
*Sanctæ Eugeniæ virginis & mart.*

F

*Sanctæ Fæcundiæ mart.*

H

*Sanctæ Hirenes virginis & mart.*

I

*Sanctæ Iſariæ mart.*
*Sanctæ Iuliæ virginis & mart.*
*Sanctæ Iustæ mart.*
*Sanctæ Iulianæ virginis & mart. & de eius veste.*

L

*Sanctæ Leandræ mart.*
*Sanctæ Luciæ virginis & mart.*
*Sanctæ Liciæ mart.*

M

*Sanctæ Margaritæ virginis & mart.*
*Sanctæ Monicæ matris ſancti Auguſt.*
*Sãctæ Marthæ virg. et de eius baicila.*
*Sanctæ Matronæ virginis & mart.*
*Sanctæ Marinæ virginis.*
*Sanctæ Martinæ virginis & mart.*
*S. Mariæ Magd. & de eius capillis.*

O

*De SS. Octuaginta vna virg. et mar.*
*Sanctæ Olagiæ.*
*De octo virginibus & mart.*

P

*Sanctæ Potentianæ virginis.*
*Sanctæ Priſcæ virginis & mart.*
*Sanctæ Prudentiæ virginis & mart.*
*Sanctæ Pauliacæ virginis & mart.*

R

*Sanctæ Romanæ virginis & mart.*
*Sanctæ Reſtitutæ virginis.*
*Sanctæ Ruffinæ mart.*
*Sanctæ Ruffinæ virginis & mart.*

S

*Sanctæ Symphoroſæ mart.*
*Sanctæ Scolasticæ virginis.*
*Sanctæ Sabinæ virginis.*

T

*Sanctæ Theodoræ mart.*
*Sanctæ Theſſalonicæ.*
*Sanctæ Teclæ virginis & mart.*
*Sanctæ Theodoſiæ virginis & mart.*

V

*De ſanctis vndecim millibus virg.*
*Sanctæ Vrſulæ virginis & mart.*

Sunt etiam multæ aliæ reliquiæ in Icona Altaris Maioris, quarum nomina ob ammiſſionem cedulæ ignorantur.

162
D
60